Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39104
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



19

- A manū. Circa hoc, et Sequentia tria opuscula, quæ omnia Codex S. Augustino adscribit, consulenda est Editio Mauriana, et Guilielmus Cave, in quibus vocantur opera spuria, et adscribenda alijs, ibi videndis. Operis jam Scripti de fide ad Petrum Auctorem vocat Editio Mauriana S. Fulgentium Episcopum Ruspensem. F. 9

227 Ejusdem Dogma Ecclesiasticum. incip. præmissa tabula contento. rum: credimus unum Deum esse Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum p. dur. per 1. folia prior. Cod. et manu.

228 Ejusdem Liber de diversis LXXXIV. Quæstionibus. incip. Retractatio S. Augustini in libro de diversis quæstionibus: est etiam inter illa quæ Scripsimus, quoddam prolixum opus. p. Sequuntur capitula quæstionum, deinde incip. quæstio I. utrum anima a seipsa sit: omne verum a veritate verum est. p. dur. per 33. folia prior. Cod. et manū. "

229 Ejusdem Certamen adversus V. Hæreses. incip. de Necessitate. Sed quid est vehementius Charitate? p. dur. per 7. folia prior. Cod. et manū. Annectitur hic Dialogus inter Magistrum et Discipulum de opere 6. dierum. incip. sine titulo quid fuit priusquam mundus fieret p. dur. per 9. folia prior. Cod. et manū. fors atque S. Augustini uti priora. "

230 Ejusdem Libri II. Retractationum. incip. Prologus: jamdiu istud facere cogito, atque dispono. p. incip. Liber I. cum ergo religiosem, vel quæ acceptus fueram. p. dur. per 24. folia prior. Cod. et manū. "

231 Ejusdem Regula. incip. præmissa tabula: hæc sunt, quæ præcipimus observari, ut in Monasterio habitantes post principalia præcepta, de Dilectione Dei dico et proximi p. dur. per 5. folia Cod. Membran. Sæc. XII. Sign. F. 18. in folio. F. 18

232 Ejusdem Sermo ad Monachos. incip. instruit nos atque hortatur Sermo Divinus p. dur. per 4. folia prior. Cod. et manū. "

233 Ejusdem Liber ad Paulinum Nolensem. incip. Librum de cura pro mortuis gerenda Scripsi, cum interrogatus Litteris fuissem. p. dur. per 7. folia Cod. Membran. Sæc. XII. Sign. F. 22. in Fol. Codex ponit Excerpta S. Augustini de cura pro mortuis agenda ad Paulinum. F. 22

234 Ejusdem Tractatus de continentia Animæ. incip. pone Domine ori meo custodiam, et ostium continentiæ circum labia mea p. "